

F. K.
117.
63.

X 186 3280

II f
1532



H. Sad. ~~207.~~

RECTOR

ACADEMIÆ LIPSIENSIS

Ad

ORATIONEM PANEGYRICAM

à

PER ILLUSTRIS ET GENEROSISSIMO
DOMINO,

DN. SIGISMUNDO
CASIMIRO,

Comite Lynariæ, Dynasta in Lybbenau
& Glienigk &c.

Proximo Jovis die, qui currentis mensis est 19.
post auditam octavam in aroaterio Collegii
Majoris habendam,

PROCERES UTRIVSQUE REIPUBLICÆ
ET CIVES ACADEMICOS
invitat.

LIPSIÆ, Literis COLERIANIS,





um duo sint, quibus Magnates inclarescere, vel obscuro loco nati emergere possint, literæ & arma; virtus togata & sagata; Mars & ars, in gradibus eminentioribus positi, ut, quoad ejus integrum, excelleret utrisq; , nunquam non operam dederunt. Connubium utriusq; in Pallade, studiorum & armorum Præsidente, quam ex cerebro Jovis hastatam profiliisse finxerunt, veteres adumbrare voluerunt. Quorsum respicientes Belgæ, famam nominis ex literis & armis aucupantes Bibliothecæ Lugdunensis libros, referente Heinio in oratione, cum Bibliothecarii munus ad ipsum delatum esset, habitâ, imagine Palladis insigniri jusserunt. Id quod pensâ habentes in primis Sebastæ, in summo generis humani fastigio constituti tam gentiles, quam inter Christianos nomen professi, literas armis confibulare nunquam non curæ cordiq; sibi esse siverunt. Julius Cæsar inter Sebastas Romanos aciem ducens, quæ gessit adversus Gallos & Britannos, bella commentariis eruditissimis, in manibus nostris etiamnum versantibus, illustravit. Idem in expeditionibus suis bellicis, ne vel temporis nocturni jacturam aliquam faceret, contemplationibus siderum, non jucundissimis duntaxat, sed & utilissimis vacavit. Lucanus ita de se loquentem introducit:

— media inter prælia semper
Stellarum, cœliq; plagis, superisq; vacavi.

De Tiberio Imperatore, quod eloquentiæ studuerit, refertur, cumq; vocabulum minus usitatum ipsi aliquando excidisset, & non nemo in gratiam Imperatoris civitate Latinâ istud donandum dixisset, illorum tamen sententia obtinuit, qui Romanorum Imperatorem homines quidem non autem vocabula civitate Latinâ donare posse, pronuntiabant. Adrianus Imperator bellis aliàs celebratissimus tanto fuit ingenio, ut carmen carmini, dictum dicto, sive joco, sive seriò præstandum id erat, stante pede reposuerit. Qui primus in occidentem transtulit imperium, Carolus M. in toga & sago celebris non summo tantum favore studia complexus fuit (prout Academia Parisiensis incunabula

bula posuit) sed & ipse carmina (cum jam pura Latinitas infusione populorum exoticorum ex communi vagina gentium, septentrione, in Italiam & occidentis provincias vergere coepisset) tersissima fudit, cuiusmodi est epicedium, quod in honorem Rolandi ex Sorore nepotis composuit:

Tu patriam repetis, tristi nos orbe relinquis,
Te tenet aula nitens, nos lachrymosa dies.
Sed qui lustra geris octo & binos super annos,
Ereptus terris justus ad astra redis.

Carolus nominis huius quartus, cuius autoritate lex imperii fundamentalis Aurea bulla concinnata fuit, propter amorem literarum (nec enim ab iisdem vel epularum temporibus avelli potuit) bicipites aquilas in Musarum hortis pascere dictus fuit. Filius ipsius Sigismundus in historiis non obscuri nominis, cum sermone latino verba faceret, & propter constructionem aliquam minus usitatam à Cardinale Placentino rideretur, Cardinalem Placentinum sibi minimè placere dixit, quòd Imperatorem solum legibus politicis non etiam solum legibus Grammaticis persuasum sibi haberet. Carolus V. quo potentior rem à Caroli M. temporibus non habuit Imperium, præterquam quod sub Adriano Belga, Pontifice postmodum Romano egregia in studiis suis fundamenta posuerit, in ipsis expeditionibus bellicis, manu ductore Apiano, theoriis planetarum cognoscendis vacavit. Nec quicquam successores in Imperio, Rudolphus præcipuè secundus, agnato huic suo cesserunt. Quòd insuper ornamento & emolumento majori Personis Illustribus sint literæ, vel id ipsum, ut ad easdem pronæ ferantur, calcar addere potest. Ut nævus in facie conspectui magis patet, quàm in alia corporis parte: Sic vitia Magnatum magis sunt oculifera, quàm eorum, qui latent in fece vulgi. Cur non ex opposito literis excultus animus subditorum oculos & animos in se magis convertat? Emolumentum tam certum est, ut quisquis contentioni ferram super ea reciprocare vellet, indignationem mereatur. Oculis certe videre propriis melius est, quàm alienis: Suo remigio rem gerere, vel, quomodo gerenda sit, nôsse, quàm nervis alienis duci, & ab aliorum nutu penitus dependere, præstat. Quid? quod latius istud bonum, quò pluribus aliquis præesse ac prodesse possit, sese diffundat. Exemplis his & rationibus, ceu stimulis Personæ Illustres de Germanica Natione plures vel intra seculi unius atq; alterius spatium motæ studiis ab herbefcente ætatis viriditate sese consecrarunt, & ita, re domi forisq; benè gestâ, nomen immortalitatis albo inscripserunt, veritatem dicti, quod velut ex tripode protulit Aeneas Sylvius, Pontifex

fex R. Pius II. dictus, comprobantes: Literæ plebejis sunt argen-
tum, Nobilibus aurum, Principibus gemmæ. In his **Per-Il-**
lustris & Generosissimus Dominus, Domi-
nus SIGISMUNDUS CASIMIRUS, Comes
Lynariæ, Dynasta in Lübbenau & Glic-
nigk, &c. velut Lunâ inter stellas minores eminent. Quippe
qui sese conformaturus ad exemplar Majorum suorum laudatissimo-
rum, literis & armis celebrium, Musas à teneris, quod ajunt, ungvicu-
lis, præsertim cum *ὀφύεσται* sit, efflictim deperire cœpit. Pro-
pter earundem vero culturam non tantum sub Ephoris & Hodegis
dexterrimis, operam iisdem domi navavit indefessam, sed & in hac
Academia per biennium plus minus viam, quam semel ingressus est,
tam gnaviter institit, ut omnium amorem sibi conciliaverit, non ne-
mini etiam propter iudicium in tantula ætate senile admirationi fue-
rit. Conversationis Academicæ peregrè ad gentes alio sub sole ca-
lentes hic abiturus, vestigia relinquere, nec non orationem elegantissi-
mam, seq; dignam *de vi subditorum in Principem semper injusta*, pro-
ximo Jovis die, quod benè vertat, 19. sc. currentis mensis Aprilis,
post auditam octavam in acroaterio Collegii Majoris habendam, con-
scribere voluit. Quo vero splendidior sit iste declamationis actus,
Utriusq; Reipublicæ Proceres, ut, sepositis quædantenus negociis a-
liis, Oratori Perillustri vacivas aurium ædes quædantenus locare,
quantiq; faciant hæc exercitia rariora præsentia suâ honorificâ doce-
re velint, præsentibus rogamus. Nobilissimorum & doctissimorum
juvenum, qui studiorum gratia in hac Academia commorantur, præ-
sentiam ultrò Nobis promittimus. Nos, ut de specimine tam præ-
claro *Perillustri Comiti* gratulamur: Sic, ut iter susceptum bonis via-
libus ad nominis divini gloriam, suorumq; subditorum emolumen-
tum peragat, cordicitus aprecamur. P. P. XVI. Cal. Maji
anno æræ Chr. M DC LXVI.



103

ejis
n.,
rü,
m.

1017



FK 17 1532


MC





finxerunt, veteres ad Belgæ, famam nominis Lugdunensis libros thecarii munus ad ipse gniri iusserunt. Id generis humani fastigiosos nomen professi, cordiq; sibi esse siverem ducens, quæ gestariis eruditissimis, invit. Idem in expeditione iacturam aliquam facerim duntaxat, sed & tem introducit:

Stellarum
De Tiberio Imperatore
vocabulum minus usum
gratiam Imperatoris
tamen sententia obtinuit
quidem non autem vocabant.
Adrianus Imperator ingenio,
ut carmen carnicum id erat,
stante pedibus stulit imperium,
Caro tunc favore studia complexus



tes inclarescere,
ere possint, literæ
ata; Mars & ars,
positi, ut, quoad
trisq; , nunquam
nubium utriusq;
norum Præside,
tatam profiliisse
um respicientes
tes Bibliotheca
ne, cum Biblio
ine Palladis infi
bastæ, in summo
n inter Christia
yam non curæ
as Romanos aci
, bella commen
antibus, illustra
nporis nocturni
n, non jucundif
a de se loquen

vi.
refertur, cumq;
& non nemo in
dixisset, illorum
torem homines
osse, pronuncia
us tanto fuit in
e serio præstan
ccidentem tran
on summo tan
bula